

Eustasius Donati de Leone

17

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Eustasius Donati de Leone

17

1456-09-19

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 quinquagesimosexto. Regnante ... Alfonso Dey gratia
 Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
 Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice
 rege, comite Barchinonis, duce Athenarum et Neopatrie
 ac etiam comite Rissilionis et Ceritanie, regnorum ...
 eius huius regni Sicilie citra farum anno vicesimo
 secundo, ... dominante quoque in principatu Tarenti
 et civitate Matere ... Iohanne Antonio de Baucio
 de Ursinis, principe Tarenti, comite Licii ac regni
 Sicilie magno comestabulo etc., mense Septembris, die
 decimonono eiusdem, quinte indictionis, Matere.

Nos Gaspar Ciccileonis de Virella de Matera, imperialis
 ad contractus et iudicia ordinarius iudex, Eustasius
 Donati de Leone de eadem civitate,... publicus ubilibet
 per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate
 notarius, dompnus Andreas de Pescho, dompnus
 Donatus Perri de Milionico, Petrus Iacobi Nicolai de
 Iacobo, Antonius de Passarella et Iohannes Miccoli
 Iohannis de Basilio, testes... fatemur... quod... constitutis
 dopno Vito Dominici de Scalzone, procuratore...
 bonorum omnium capituli ecclesie sancti Petri de
 Sasso Caviolo, civitatis Matere,... et Petro Thomasii de
 Birardo... de eadem civitate,... prefatus... dompnus Vitus
 asseruit,... procuratorio nomine,... habere... porticum
 unum seu griptam unam dirutam cum platea ante ipsam...
 intus Sassum Caviolum civitatis Matere, in pictagio
 ecclesie sancti Petri eiusdem Sassi, iuxta frontem dicti
 portici seu gripte, iuxta viam per quam itur ad dictam
 ecclesiam sancti Petri, iuxta aliam viam a superiori
 parte, iuxta griptam aliam dicte ecclesie sancti Petri...

Et... locavit et concessit imperpetuum,... eidem Petri Thomasii de Birardo,... supra-/-scriptum porticum... sub annuo censu sive reddito granorum decem...

1

Quod scripsi ego prefatus Eustasius... notarius... † Ego Gaspar Cicci Leonis de Virella imperialis qui supra ordinarius ad contractus et iudicia iudex me subscripsi † Ego donnus Andrea de Pescho qui supra testis me subscripsi † Ego Petrus Iacobi Nicholai de Iacobo qui supra testis me subscripsi † Ego dompnus Donatus Perri de Milionico qui supra testis me subscripsi † Signum crucis proprie manus mei Antonii de Passarella qui supra testis inlicteratus et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei Iohannis Miccoli Iohannis de Basilio qui supra testis inlicteratus et scribere nescientis

Segue habere depennato